

simum apud veteres remedium erat in Ascite, nec inconueniens videtur in Tympanitide. $\Psi\alpha\mu\omega\sigma\iota\varsigma$ non minus crebro fiebat & sæpe cum fructu in arenis calidis dissipabantur humores & flatus. In Tritico sepeliebantur etiam ægroti; Sed hoc nostro tempore ægri non sunt adeo patientes laborum, ut talia velint admittere. Eorum loco cogimur venire ad Fomenta, cum decoctis herbarum discutientium, chamæmeli, origani, pulegii, majoranæ &c. instituenda. Aqua calcis vivæ eò nomine suspecta videtur, quòd poros nimis constringat & transpirationem prohibeat. Idem de luto thermarum Δ earum & nitrosarum statuendum est; propterea inter mediis temporibus oleo absinthii vel resolutive, quod fit ex radic. althææ, bryoniæ, cucumeris asinini, illæ partes inungendæ, atque ipsis etiam luti omenta substerni possunt.

LXVIII. *Emplastra* ex stercorebus animalium hîc etiam commendantur; sed horum odoribus ægri ut plurimum offenduntur. In pauperibus tamen administrari possunt. E. g. \mathcal{R} . fol. sambuc. \mathcal{M} j. rad. ebulli \mathcal{Z} ij. radic. bryoniæ \mathcal{Z} iiij. ireos \mathcal{Z} j. baccarum lauri \mathcal{Z} vj. Decoqu. in aq. comm. q. s. conquassentur ad mollit. Contusis add. stercoreis caprini \mathcal{Z} j. unguent. Agripp. \mathcal{Z} ß. Misc. F. cataplasma. *Sacculi* in Tympanitide magis conveniunt. Ut \mathcal{R} . sem. cymini, anisi, fæniculi, an. \mathcal{Z} j. rutæ \mathcal{Z} ij. sinap. \mathcal{Z} ß. bacc. lauri, Δ vivi, an. \mathcal{Z} j. fol. pulegii, calamin. absinth. \mathcal{M} j. \mathcal{B} . contundantur & conscindantur. \mathcal{M} . F. Sacculus. Interdum fomento superius annotato imbuatur. Amuleta, quæ à quibusdam commendantur, inter quæ est lapis bufonum, cujus Plateus meminit, collo appensa sola opinione vulgi niti existimamus, nec ularum virium esse. Atque hæc sufficiant de præsiidiis Pharmaceuticis, quæ humorem serosum & pituitosum sensibilibiter & insensibilibiter tollere valent.

LXIX. ALTERANDA etiam & CORROBORANDA sunt viscera male affecta. Alteranda quidem, quatenus intemperie frigidâ laborant, corroboranda, quatenus imbecillitate languent. Utriq; intentioni satisfieri potest iis medicamentis, quæ innatum calorem, tum intemperie manifesta, tum specificâ proprietate

rate